

Sic ipsis in rebus item jam materia,
Intervalla, viæ, connexus, pondera, plagæ,
Concurfus, motus, ordo, positura, figura
Cùm permutantur, mutari res quoque debent.

Et Lactant. Divin. Inst. lib. 3. c. 19 pag. m. 163. *Vario, inquit*
(Epicurus) *ordine ac positione conveniunt atomi sicut literæ, quæ*
cum sint pauca, variè tamen collocata innumerabilia verba con-
ficiunt. Add. Pet. Gassend. Com. in lib. 10. Laërtii ed. Lugduni
anno 1649. fol. 227. & Joh. Chrysof. Magnen. democrit. redi-
vivo Disp. 2. de Atomis c. 4. prop. 32. p. 269. Denique ad hanc
literarum transpositionem pertinet ludicrum illud docendi
genus, cuius meminit Hieronymus ad Paulinam, tesserarum usu
literas syllabasque puerulis imprimens. Id Harsdörfferus ita
ordinat Delic. Matth. P. 2. Sect. 13. prop. 3. sunt 6. cubi, qui-
libet cubus sex laterum est, eruntque inscribenda 36. hæc nempe:
I. a. e. i. o. u. y. II. b. c. d. f. g. h. III. l. m. n. p. q. IV. r. s. t. u.
v. w. V. x. y. j. s. r. ã. ô. VI. ff. ss. ß. sch. ch. z. Alphabetum au-
tem lusus unius tesseræ, syllabas (das Buchstabiren) duarum
docebit: inde paulatim voces orientur.

Probl. V.

DATO NUMERO RERUM VARIATIONEM SITUS
MERE RELATI SEU VICINITATIS
INVENIRE.

„I **Q**uærat Variatio situs absoluti, seu ordinis, de numero
„ rerum unitate minori quàm est datus, juxta probl. 4.
„ quod invenietur in Tab. 7. erit quæsitum. Ratio Solutio-
„ nis manifesta est ex Schemate 1 quo rationem solutionis pro-
„ blematis præcedentis dabamus. v. g. in variationibus vicini-
tatis, variationes hæ: A b c d. B c d a. C d a b. D a b c. ha-
bentur prona, velut in circulo scripta. Et ita similiter de
cæteris, omnes igitur illæ 24. variationes dividendæ sunt per
numerum rerum, qui hoc loco est 4. prodibit variatio ordinis
de